

intelligit hoc Principium Physicum *Aristoteles*. Sed finitum est capax infiniti *per modum unionis*. Sic fideles per unionem gratiæ sunt infiniti Dei capaces. Tempus enim sumus habitantis in nobis Spir. Sancti. Et finitus hic mundus est Dei infiniti capax. Deus enim verè in mundo est. Sic Christi humanitas finita per unionem personalem verè facta est particeps divinitatis infinitæ. Et sic *Calviniani* nihil hoc argumento, quo ὑπερλόγητα fovent, obtinere possunt.

10. *Quicquid non est ex fide, peccatum est,*
Rom. 14. 23.

Philosophia non est ex fide:

E. Philosophia est peccatum.

Resp. Est *Æquivocatio* in voce *fidei*. Si enim de fide salvificâ explicaretur, multa suborirentur inde Absurda, quorum quædam recenset B. *Jacobus Martini* in *Ver-nunfft-Spiegel* L. 2. c. 25. p. 923. ut:

Quicquid non est ex fide peccatum est:

Fides non est ex fide:

E. Fides est peccatum.

Mi-